

- renueret: at magistratibus commissum erat ut eum in vinculis mitterent. eundum igitur fuit, sed quam invite testatur et illud, quod abiens nec unicum quidem filium suum, quem relinquebat, allocutus est ex plurima desperatione. preterea ultimam suam voluntatem litteris composuit, quod in nullo unquam quantuncunque grandi periculo prius egerat. ne moleste igitur feras ut, quod tibi sponte prestitit et servavit, nunc invitus, in aliena iura redactus constanter prestet. quod si nunc, relicto eo cui fidem suam alligavit, ad te transfugeret, ut hortaris, quo posses modo te sibi credere, quam de eo existimationem habere? hec quotidie tecum meditareris: hostem meum fefellit, quid abest ne maiore munere et amplioris premii spe me fallat? qui scio an fraudem cum hoste commentus ad me transfugerit? his atque huiusmodi anxietatibus perplexus, eum, quem tantopere exoptas, parva suspicione damnatum despiceres. malis itaque virum fidelem etiam hostem procul quam infidelem prope, eoque tibi maxime gratum ^(a) quod fidelis est. at inquierent hi, quorum semper amplissima turba aures principis obsidet: arma contra te fert; fortunas eius incolumes sines, qui te domo, rebus, omnique iure tuo pellere molitur? quorum ego sermones minus timeo, qui benignissimas aures tuas ad equa patulas, ad hos vero susurrones obseratas esse scio. sed dicant illi, palam obloquantur quantum velint; nunquam mansuetudinem tuam corrumpere poterunt, nunquam agent ne tu benignissimus principum sis ^(b). arma, inquierent, contra te fert; quod minime verum est; sed, quod negare non possum, sub hoste militat, insiurandum servat datamque invite fidem servat. abunde habet ille hostium contra quos arma ferantur; te autem incolumem esse vult et, si sine ^(c) dedecore facere possit, omnibus viribus tutari. obtinuit enim ab eo, quem in adversa fortuna dominum sibi prefecit, ne contra te arma tractaret.

pretermittendum, ne moleste igitur feras, renuere non poterat quid faceret renueret *sino a prius egerat e poi prosegue, senza interruzione*, ut quod tibi sponte prestitit &c. Resta pertanto incerto se il Ramusio abbia copiato, con le solite sue modifiche e omissioni, il discorso da B in un tempo anteriore alla scomparsa della detta pagina, oppure da qualche altro codice (non O), in cui le proposizioni omesse da Ra facevano pure difetto. Noi riproduciamo la lezione di O, tranne per la frase ne moleste igitur feras, che abbiamo collocata, per quanto ce ne pare, al suo posto giusto. (i) O quid (a) O gratus (b) O om. nunquam -sis, frase per cui abbiamo solo l'autorità di Ra (c) O tēat indecorum esse vult et se sine